

Joachim Schönermarck

**Programma, Quo, Rector, Academiae Rostochiensis, Joachimus Schonermarch
Iurisconsultus & P. P. ad exequias; Quas ... virgini Annae Eleriae moestissimi
Parentes hodie hora media 1. in templo Mariano, paratas cupiunt, Omnes
ordinum Cives Academiae amanter invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1625

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn751426733>

Druck Freier  Zugang




Schönermarch, J.,


in

A. Eler.

Rost. 1625.

20





PROGRAMMA,
Quo,
RECTOR,
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,
JOACHIMUS SCHONERMARCH
Jurisconsultus & P. P.
ad exequias;

Quas
Pia & castissima virgini

ANNA ELERIA
mœstissimi Parentes

hodie hora media I. in templo Mariano,
paratas cupiunt,

Omnes ordinum Cives Academiæ aman-
ter invitat.



ROSTOCHI

Excudebat Joachimus Pedanus, Acad. Typog.
ANNO M. DC. XXV,



RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,
JOACHIMUS
SCHONERMARCH,
J.D. & P.P.



Terum nobis speculum
humanæ fragilitatis & mi-
seriæ exhibet elegans &
pia puella ANNA ELERIA:
quæ piè diem obiit: ut
nobis nullo modo dubi-
tandum sit, quod sacra
scriptura affirmat, unum esse introitum o-
mnibus in vitam, & similem exitum: o-
mnes mori & quasi aquam dilabi. Consi-
deremus enim generationem hominis, de
qua Regius vates, Ecce, inquit, in iniqui-
tatibus conceptus sum, & in peccatis con-
cepit me mater mea. Ecquis se hinc exi-
miat?

met? nec lixa, nec servus, nec liber, nec
Dominus, nec Rex, nec ipse Papa verè te-
stari de se poterit, fabricationem cordis sui
malam non esse à pueritia, id est, non tan-
tum prava advesatione corrumpi homi-
nines, sed in ipso corde pravas inclinatio-
nes esse, in pueris jam nascentibus, horribi-
lemq; corruptionem naturæ humanæ, quæ
est plena cæcitate, concupiscentia & igno-
rantia sui & peccati, jam à prima origine
ipsis adjacere. quanquam non puduit nec
pudet Pontificios asserere, esse peccatum o-
riginis in Baptismo sublatum, & extra Ba-
ptismum esse lumen in natura reliquum,
quod si quis sequatur, dari infallibiliter gra-
tiam. Sed his valere iussis, videamus num
aliqua sit dissimilitudo in ipsius vitæ tum
progressu tum exitu. Negari quidem non
potest, lautiores esse conditionem Regis,
quàm aliorum hominum, & inter hos
quoq; aliū alio splendidius esse, bibere vesti-
ri, & dormire. Sed, si diuo Bernhardo credi-
mus, generalis est humano generi miseria
triplex, si diligenter advertimus. nam &

faciles sumus ad seducendum: & debiles
ad operandum: & fragiles ad resistendum.
Si discernere volumus inter bonum & ma-
lum, decipimur: si tentamus facere bo-
num, deficimus: si conamur resistere ma-
lo, dejicimur & superamur. Atq; hæc
exitum nostrum præcedunt. Ipsa verò
hinc migratio per se communis est omniū
hominum: quod qui non sapit, Ethnicis est
insipientior. *Mors*, inquit Venusinus,
*Et fugacem persequitur virum, nec parcat imbellis
juventa poplitibus, timidoq; tergo: Pallida mors
æquo pede pulsat pauperū tabernas Regumq; turres.*
At verò fortè sunt inter homines, qui fœ-
dus cum Morte fecerunt, ut sibi ab illa non
sit timendum? Vana ista est cogitatio, nec
tantum vana, sed & quæ opprimit suos au-
ctores. Quali Tantali saxum nostris capi-
tibus imminet lethum: singulis momen-
tis tibi mors est expectanda: semperq; aut
ad cubiculum tuum excubat, aut te, quo-
cunq; te conferas, laneis soccis induta, co-
mitatur & sequitur. *Facis*, inquit vir Dei,
diffluere eos sicut nimbum, sicut somnus, sicut sc-
num,

num, quod subito exarescit, quod mane floret & mutatur vesperi, succiditur & arefcit. Quid posset clarius de fugacitate vitæ humanæ dici? Nulla res majore impetu fertur, quam subita tempeftas, cum unâ Eurus Notusq; ruunt, creberq; procellis Africus. Ita nos miseri nascētes morimur, finisq; ab origine pendet, ut acutè dixit Manilius. Deinde somnus est hæc vita nostra, nec aliter transit, quàm somnus. & quis ignorat florum & in his rosarum ætatem, quas pubescentes juncta senectâ premit. Hujus fugacitatis vitæ nostræ, ut iterum dicamus, nobis speculum exhibet
ANNA ELERIA, pia & elegans puella.
Nata hæc est Anno Christi 1610. patre JOACHIMO ETERS, cive hujus urbis ornatissimo: Matre, pietate atque virtutibus matronalibus conspicua femina, MARGARETA VVESSELS. Avum paternum habuit Amplissimum virum, Dn. NICOLAUM ETERS, inclutæ hujus urbis Senarorem quondam & benè de Republ. patria meritum, cum alias semper, tum eo tempore, cum falcifer has terras

A 3

vultu

vultu terreret amaro: quo tempore ipse
cum alijs ad Imperatoriam Majestatem Vi-
ennam Pragamq; missus, non sine pericu-
lo, officij sibi tum demandati partes, nec
tamen sine fructu, peregit atque obiit.
Aviam paternam **GESAM VVOLTER-**
STORFS, amplissimi item viri, dn. **FRAN-**
CISCI VVOLTERSTORFS, Senatoris
hujus urbis, filiam, matronam optimam.
Avus maternus hujus nostræ fuit p. m. **M.**
LAURENTIUS VVESSELIUS, qui pri-
mò almæ hujus Academiæ Professor claris-
simus, deinde in insula *Femaria*, quam
Geographi *parvam Cimbriam* vocant, in op-
pido *Burgo* Pastorem & omnium ejus pro-
vinciæ Ecclesiarum inspectorem egit, do-
nectandem divina singulari providentiâ
hinc *Wismariam* evocarètur ad Pastoratum
in æde *Divo Nicolao* sacra; ubi & diem
suum piè finijt. Avia materna fuit **ANNA**
S M E D E S, civis olim primarij filia.
Fortes creantur fortibus: est in juvenis & patrum
virtus, nec imbellem feroces progenerant aquilæ
columbam: tritum ut habet Poetæ dictum.


Pari

Pari modo judicandum est, semina virtutum majorum ingenerata fuisse p. d. puellæ ANNAE ELERIAE: quæ postea Parentum pia & sedula accurataq; ad Dei timorem, ad fidem, ad spem, ad omnes sexum istum decentes virtutes institutione excitata eo usque crescendo processerant, ut jam adolescere inciperent. Cumque Deus ipsam pulcritudine quadam condecorasset, studuit & ipsa veræ pulcritudini, ut verè quis de ipsa dicere potuisset: *Gratior est pulchro veniens è corpore virtus.* Sed hic flosculus eximius citò succisus est. Cum enim ante aliquot dies in morbum incidisset, quam febrim vocant, tandem vi ejus & malignitate superata nudiustertius piè & placide in vera Domini nostri Jesu Christi agnitione animulam suam Deo reddidit. Cujus morte quàm graviter afficiantur parentes, iutelligunt rectissimè ij, qui eandem calamitatem experti sunt. quam tamen calamitatem cur hoc tempore quis in suis magnopere defleat; cum non sit calamitas, sed summa felicitas, præripi impendentibus & ad fores nostras præstrolatibus miserijs? Quod eò magis de piè defuncta statuendum erit, quantò certius est, eam in Domino obdormivisse inter ardentissimas preces cum ultima hac voce, ex vera fide in Christum & *αληθεσφοεια* de vitæ æternæ certitudine profecta: *In manus tuas, Domine, commendo*

mendo spiritum meum, redemisti me, Domine, Deus veritatis.
 ut nihil dicamus, eam virginem decessisse: quo instatu
 constitutos, spiritualis gratiæ ornamentum & illustri-
 re portionem gregis Christi indigetat B. Cyprianus. No-
 bis verò hæc piè defuncta concionatur, & è loculo fragi-
 litatis nostræ nos admonet. Augusta in quadam æde
 sacra dicitur esse pictura Cranij humani, cui majusculis
 aureis litteris ascripta sint hæc verba: **QUOD TU ES,**
EGO FUI: QUOD EGO SUM, TU ERIS. Est
 mortalis homo nil nisi bulla levis. Hæc & hujusmodi no-
 bis in memoriam quotidiana funera revocant: eademq;
 mortua loquitur hæc virguncula. Efferretur autem hujus
 p. d. virginis **ANNÆ ELERIÆ** exuviæ hodie hora
 media prima, terræq; matri in æde Mariana commenda-
 buntur. Quam deductionem ut omnes omnium ordi-
 num hujus almæ Academiæ cives sua præsentia conde-
 corare non graventur, peramanter rogamus & hor-
 tamur.

*Ἐν μόνον ἀνθρώποισι καλὸν καὶ ἔμπεδον εἶναι,
 εἶθεν ἀφ' ἑμαυτῶν, καὶ θεὸν ἀπὸν ὄραν,*

ut non minus piè quàm suaviter cecinit Nazianzenus.
 Idem & nos inter comitandum funus cogitare, æquum
 est & pium: Deum autem precari, ut justissimas pecca-
 torum nostrorum pœnas clementer mitiget, & in ira suæ
 misericordiæ recordetur, & summè necessarium est atq;
 seriò invocantibus salutare. P. P. Rostochij sub sigillo Re-
 ctoratus nostri. ad 27. Aug. Anno 1625.










Pari modo judicandum est, se-
 tum majorum in generata fuisse
 ANNAE ELERIAE: quæ p-
 tum pia & sedula accuratiorq; a-
 rem, ad fidem, ad spem, ad o-
 istum decentes virtutes insti-
 tata eo usque crescendo proce-
 jam adolefcere inciperent.
 Deus ipsam pulcritudine qua
 corasset, studuit & ipsa ve-
 dini, ut verè quis de ipsa di-
 set: *Gratior est palebro ventens e*
 Sed hic flosculus eximius cito
 Cum enim ante aliquot dies in mo-
 quam febrim vocant, tandem viejus
 perata nudius tertius piè & placide in v-
 Jesu Christi agnitione animulam sua
 Cujus morte quàm graviter afficiantur
 gunt rectissime ij, qui eandem calamit-
 quam tamen calamitatem cur hoc
 suis magnopere defleat; cum non sit e-
 ma felicitas, præripi impendentibus
 præstnolatibus miserijs? Quod eò ma-
 statuendum erit, quantò certius est
 obdormivisse inter ardentissimas præ-
 voce, ex vera fide in Christum & æ-
 ternæ certitudine profecta: *In manu*



the scale towards document

032

tu-
 llæ
 en-
 no-
 um
 xci-
 , ut
 que
 de-
 ritu-
 tuis-
 rtus.
 est.
 lisset,
 te su-
 nostri
 didit.
 intelli-
 i sunt.
 is in-
 d sum-
 nostras
 functa
 omino
 na hac
 vita æ-
 ce, com-
 mendo